

digne coronantur. et ab quancūq; altaris par-
 tem ille transierit ipsum retrostantes secuntur
 ut ostendant impletum esse quod dominus am-
 monuit dicens Qui mihi ministrat me sequatur
 et ubi ego sum. et. Intendentes semper atq; sol-
 licite in illum ad notandum qd fideles quamuis
 adhuc in hac vita positi. tamen eternitati chris-
 ti semper intendunt In quibusdam etiam eccle-
 sijs illo se vertente ad populum illi similiter se
 vertunt et illo se conuertente ad altare se simi-
 liter conuertunt. Nam christus ab oratione
 se ad predicationem. aliquando vero econuerso
 dum viueret se conuertit quod designat versio
 ad populum et conuersio ad altare. In quo qui-
 tem imitandum est a predicatoribus qui per mi-
 nistros ipsos congrue designantur. **Anacletus**
 papa stetit qd episcopus deo sacrificans secum
 testes habeat. dyaconos qui oculi eius dicuntur
 et subdiaconos reliquosq; ministros qui sacris
 indui vestibus. in fronte id est ante. et a tergo
 et p. esbiter e regione. id est a parte dextra. le-
 uaq; conuerso corde humiliato spiritu. ac pro-
 nostent vultu. custodientes eum a maliuolis ho-
 minibus at consensum prestantes sacrificio. Et
 secundū **Lucium** papam eum nō deserant. quia
 apertè maliuolos oportet illum habere bonum
 testimonium ab his que foris sunt. Statutum ē
 etiam ut celebrans missam habeat a tergo vi-
 cini solaminis adiutorem. prout dictum est in
 proximo huius partis. Et iteō in quibusdam
 ecclesijs aliqui dyaconi stant post episcopum.
 quasi orantes ut eum sequantur vsq; ad mortē
 et cum eo transeant ad vitam eternam. **Maior**
 tamen ps in dextra parte moratur altaris et mi-
 nor in sinistra. quia verunq; petit ecclesia scilicet
 temporalē benedictionem et eternam. ut ibi sic
 transeamus per bona temporalia ut non amitta-
 mus eterna. Ceterum dicti ministri retro stan-
 tes inclinati ante facies suas. vsq; in finem do-
 minice orationis perseverant. significantes illos
 apostolos qui in passione domini magna tribu-
 latione oppressi non audebant se erigere. ut chris-
 ti discipulos esse confiterentur. Stabant tamē
 in facie fidelis sed postea eriguntur sicut dicitur
 sub vndecima particula canonis. super verbo.
Mobis quoq; signantes etiam chorū sancto-
 rum martirum in conualle lacrimarum ante no-
 uissimam tribulationem manentium. postea eri-
 guntur. quia illi qui postea martirio coronati
 stant erecti id est ab omni tribulatione liberati.
Ad hoc stantes facie inclinati. signat mulieres
 que de cenaculo ad monumentum milibus be-
 climatatis currebant in christi amore ardentes.
Sane sacerdos minister inter mores pulu-
 molle missali. supponit. ad notandum qd deuotū
 et molle cor. et quod facile diuinam impressio-
 nem recipiat supponi debet iugo domini et cele-
 stium preceptorum. iuxta illud sapientis. Su-
 scipiat verba mea cor tuum etcetera. ut in exo-

Spiritus domini requiescat. De hoc etiam sub
 euangelio dicitur.

De Gloria in excelsis.

Kyrieleyson

Translato in dexteram altaris partem
 episcopo seu sacerdote. dicitur quia tē-
 pus plenitudinis et annus benigni-
 tatis aduenit. sicut predictum fuit a psalmista
Tu exurgens miserere sion. quia. v. t. t. m. e.
Congrue chorus laudat et inuocat trinita-
 tem triplicando kyrieleyson. **Itē** autem post in-
 troitum dicitur kyrieleyson. quia ante omnem
 orationem sacerdotum. necesse est misericordiā
 domini implorare. **Siquidem** kyrieleyson grece
 interpretat̄ domine miserere. Nam kyrie sonat
 domine. leyson miserere. Et in te christe leyson.
 id est christe miserere. vel kyri christe el deus
 ep̄s miserere. son nobis. **Deinde** kyrieleyson. i.
 o christe te miserere nobis. **Vnde** propheta mi-
 serere nobis. te enim expectamus. **Dicitur** autē
 nomies. primo ut ordo decimus ex hominibus
 reparatus nouem associetur ordinibus angele-
 rum. **Secundo** ut ecclesia perueniat ad societa-
 tem nouem ordinum angelorum. **Tercio** con-
 tra nouem genera peccatorum. **Est** enim pecca-
 tum originale veniale et mortale. **Item** pecca-
 tum cogitationis locutionis et perpetrat omis.
Item peccatum fragilitatis simplicitatis et ma-
 lignitatis. **Fragilitatis** per impotentiam. **Simpli-**
citatis per ignorantiam. **Malignitatis** per inui-
 diam. **Hoc** est peccatum in patrem. in filium. in
 spiritum sanctum. **Ad hoc** iteō dicitur ter ad pa-
 trem kyrieleyson. ad filium christeleyson. et ter
 ad spiritū sanctum kyrieleyson. **Sed** ad patrem
 et spiritū sanctum sub eodem tamen vocabulo
 qd pater et spūs sanctus sunt eiusdem tātum na-
 ture. **Ad filium** vero sub alio. quia filius et si sit
 eiusdem nature cum illis. est tamē et alterius.
 ut gemine gygas substantie. **Preterea** iteō di-
 citur ter quantum ad patrem. et ter quantum
 ad filium. ter quantum ad spiritum sanctum. ut
 notetur pater in filio et filius in patre. et spiri-
 tū sanctus in utroq;. **De hoc** dicitur in quinta
 parte. sub titulo de prima. sed in medio mutat̄
 kyrie in christe. ut notetur duas esse naturas i
 christo. **Rursus** kyrieleyson ter triplicatum. sig-
 nificat preces patrum veteris testamenti. mul-
 tiplicatas ad hoc ut gracia summe trinitatis p
 aduentum christi eos consociaret nouem agni-
 nibus angelorum. **Est** autem magna istorū ver-
 borum efficacia. **Legitur** enim qd dum beatus
 basilus kyrieleyson clamasset. portē sicine. siue
 papie. ecclesie sunt aperte. **Rursus** cum beatus
Geminianus kyrieleyson clamaret. quinq; re-
 ges conuersi dicuntur in fugam. **Vnde** forte si-
 gnificat aliud quam domine miserere. quod ta-
 men nos ignoram. **In quibusdam** ecclesijs. sta-
 tim post vltimum kyrieleyson subiciunt imas qd
 verbum grecum sonat latine nobis. **Et** sensus

est kyrieleison ymas id est potentia diuina misere-
rere nobis. Et beatus greg. instituit kyrielei-
son nonies. et a clero tantum publice in missa
cantari. quod prius apud grecos simul a clero
et populo cantabatur. Siluester vero papa il-
lub de grecis assumpsit.

De Gloria in excelsis.

Dico kyrieleison. mox sacerdos vel
pontifex ex institutione Thelesphori
pape inchoat ymnum. Gloria in ex-
celsis deo. quem angeli auditi sunt decantare.
sicut legitur in euangelio luce. qui angelorum
ymnus perhibet testimonium temporali christi
natiuitati. Sane sacerdos primus et solus il-
lum inchoando prenunciat. qui angelum mag-
ni consilij representat. Nam ortum saluatoris
solus angelus cuius personam ipse gerit primo
nunciauit. Ante luce secundo. Ecce euangelizo
vobis gaudium magnum quod erit omni popu-
lo. quia hodie natus. etc. Et illud inchoando stat
ante medium altaris. in hoc commemorans. quod
dum medium silentium tenerent natus est in me-
dio id est pro omnibus messias. quem prophete
predixerat. representas etiam. quia angelus
christi natiuitatem pastoribus annuncians ste-
t in medio eorum. et incipiens eleuat manus
propter causas scriptas in sequenti titulo ad fi-
nem. Item incipiens vertit se ad orientem. tum quod
ad orientem dominum adorare solemus. Tercio
inchoans stat ante medium altaris. ad nota-
dum quod christus mediator inter nos et deum. a
cuius mediacione deo pacificati sumus. Ebo-
rus vero concinendo respondens gerit perso-
nam multitudine de qua in euangelio sequitur
Subito facta est cum angelo multitudo ce. mi-
lau. deum et di. gloria in altissimis deo. et inter
ra pax hominibus bone voluntatis. Ymnum au-
tem iste non tantum est angelorum sed etiam ho-
minum congratulantium. ex eo quod mulier illa que
dragmam perdidit. iam luc. nam ac-
cepit. ut dragmam perditam inueniret. et
pastor dimissus nonaginta nouem ouibus in de-
serto iam venerat ut quereret centesimam ouem
amissam. Ante natiuitatem enim christi tres
erant mimici clarum parietes. primus inter christum
et homines. secundus inter angelum et ho-
minem. tertius inter hominem et hominem. Ho-
mo namque per inobedientiam creatorem offen-
derat et per suum casum restaurationem ange-
lorum impediuerat. atque per varios ritus se ab
homine separauerat. Iudeus namque ceremonias
exculebat. gentilis ydolatriam exercebat. sed
ueniens pax nostra fecit utraq; unum. et huius-
modi parietes destruxit. Abstulit enim pecca-
tum et reconciliauit hominem deo. reparauit ca-
sum et reconciliauit hominem angelo. destruxit
ritus et reconciliauit hominem homini. Restau-
rauit ergo secundum apostolum eph. i. que in
celis et in terris sunt. et ob hoc illa celestis mili-

tie multitudo psallebat. gloria in excelsis deo. ita
est in angelis qui nunquam peccauerunt nec discor-
diam cum deo habuerunt. Ideo et in terra pax
a christo facta hominibus videlicet iudeis et ge-
tilibus bone voluntatis qui usque ad christi nati-
uitatem propter peccata sua. cum deo et cum an-
gelis discordiam habuerunt. Item etiam est quod
angelis loquitur et congaudet pastoribus. quod
pax est inter angelos et homines reformata.
nascitur deus homo. quia pax est inter deum et
hominem restaurata. nascitur in presepio bouis et
azimi. quia pax est inter homines et homines repa-
ta. per bouem enim iudaicus. per azinum gentilis po-
pulus figuratur. secundum illum. non arabis in
boue et azimo iudeo seque et gentili. Et iteque agno-
uit bos possessorem suum. et azinus presepe domini sui
Ideo ergo canitur ymnum iste quod quem veneratur
angeli in celis homines venerant in terris.
Per hoc quod dicitur gloria in excelsis. etc. repntat
mesticia antiquorum patrum ex te deo expectandi in
carnatione domini. isa. xxviii. expectate deum etc.
ideo etiam cantatur alia quia habebat spem libera-
tionis. Ante ps. sperauerunt et liberauit eos. In
hoc quoque ymno notatur spes ecclesie que cum an-
gelis sperat se canere. vnde iam illorum canticum as-
sumit. Sequitur laudamus te seque in narrabilia opa
tua predicatio que verbat sequentia a beato hi-
larario pictauiensi asseruntur apposita fuisse. et pre-
cedenti a solu antiquitus dicebantur in missa. In
nocentius enim tercius dixit illa a thelesphoro papa
addita fore. Alij vero quod a simaco papa. Si-
macus papa constituit tam in dominica die quam
in natalicijs martirum gloria in excelsis ab missa
cantari. quia sanctos per dominicam resurrectio-
nem gloria angelorum societas esse recollitur.
Cantatur etiam in festis apostolorum et confesso-
rum in quorum honorem quecumque ecclesia de-
dicata est. et generaliter in festis. que nobis ce-
lestem solennitatem representant. In diebus vero
iugis et ieiuniorum non dicitur. preterquam in duobus sab-
batis specialibus ministerijs adornatis iuxta
illud Cantate domino canticum nouum. put dicitur e-
in proximo huius partis dicitur quodque thelespho-
rus papa precepit illam cantari ab missa noctur-
nam natalis domini. quam et ipse instituit. Quidam
dicunt non esse cantandum in missa nisi in hora
tercia. quia tunc spiritus sanctus super apostolos de-
scendit. et eos gloria et exultatione repleuit. In
nocentius tercius statuit. ut quando in diebus prefestis
celebratur in honorem beate virginis vel spiritus sancti.
vel sancte crucis. nec ymnum angelicus. nec
symbolum dicatur. nec etiam te deum laudamus
in laudibus matutinis. In aduentu vero vel in
septuagesima non canitur. prout ibi in septima
parte et sub ti. de septem diebus post pascha dicitur.
Episcopus tamen bethleemitanus ex abusu omni-
die et omni missa per defunctis gloria in excelsis
decantat pro eo quod ymnum ille luca testante. pri-
mo in bethleemitanam regione cantatus est.